

I. — Donation faite par le comte de Toulouse  
Raymond VI aux habitants de Rochefort (1).  
1198.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, anno Incarnationis  
ejusdem millesimo centesimo nonagesimo octavo.

Ego *Raymundus*, per Dei gratiam, dux Narbonensis, comes  
Tolose, marchio Provincie, regine Constantie filius.

Per me et per successores meos in perpetuum dono, conce-  
do, et cum hac carta laudo vobis universis probis hominibus  
incolis et habitantibus presentibus et futuris de *Rupe-Forti*, et  
per vos omnibus successoribus vestris videlicet totum hoc quod  
predecessores mei habuerunt, tenuerunt et possiderunt, vel  
habere, tenere et possidere visi sunt in toto tenemento de  
*Rupe-Forti* in cultis, in incultis, nemoribus et patuis, et in qui-  
buscumque aliis rebus sit et esse possit, et stagnum totum de  
*Rupe-Forti* cum omnibus appendiciis suis similiter vobis dono  
sicut melius et plenius dominus pater meus vobis laudavit et  
concessit; hoc scilicet pacto ut pro stagno donetis mihi vel  
meis, pro uno quoquam navigio, duodecim denarios melgorien-  
ses (2) et pro supra dictis aliis, excepto stagno, donetis mihi,  
vel meis, nomine canonis, singulis annis, undecim libras  
melgorienses et tres modios civate et duos lepores in Natali  
Domini. Et pro hiis omnibus habui et recepi à vobis decem  
solidos novem denarios novorum.

Et ut hec donatio firma et stabilis vobis permaneat in per-  
petuum et vestris, presentem cartam, bulla nostra precipimus  
confirmari.

Et ego *A. de Novis*, domini *Raymundi*, Dei gratia, ducis  
Narbonensis, comitis Tolose, marchionis Provincie, judex et  
cancellarius, hanc cartam tractam de originali, ipsius domini  
comitis mandato, signavi et sigillavi et signum meum posui.

Domine Jesu Christe, custodi vias meas ut non delinquam  
in lingua mea.

---

(1) Cette charte, qui appartient aux archives communales de Rochefort, A. A. 1, est en très bon état; elle est écrite sur un parchemin haut de 25 centimètres et large de 17 centimètres 6 millimètres. Les caractères sont préservés au moyen d'un morceau de taffetas marron. Le sceau manque; le cordon rouge qui le retenait est encore fixé au parchemin.

(2) Le sou melgorien, qui était d'argent, valait 8 sous tournois. — La livre tour-  
nois 20 sous; le sou 12 deniers.